

1281, abril, 28

*Guillem Ricart de Vilamalla ven a l'abadessa Berenguera de Sant Daniel una era situada a Vilamalla, pel preu de 30 sous.*

ASD núm. 252, perg. orig., 145 x 195 mm. Còpia: Llibre 21, núm. 128, pp. 128-130.

Sit notum cunctis quod ego Guilielmus Ricardi de Uillalmala, bono animo ac spontanea uoluntate, gratis et ex certa sciencia per me et per omnes meos successores presentes et deinceps uenturos, uendo uobis domine Berengarie de Palagreto abbatissa Sancti Danielis Gerunde absente et presente et omnibus uestris et cui uel quibus uolueritis in perpetuum uidelicet unam aream meam cum terra que est in predicta area et totum locum quem habeo in predicta area que est in uilla de Uilalmala, et tenetur per Miliciam Castilionis. Que affrontat ab oriente in femoraria uestra et in uia que tendit ad ortam uestram, a meridie in tenedone de na Algema, ah occidente in manso uestro. Sicut superius dictum est et ab hiis affrontacionibus includitur, cum ingressibus et regressibus et pertinenciis et tenedonibus suis et cum omnibus melioramentis factis et faciendis et sicut melius potest dici uel intelligi ad omnem utilitatem et comodum, sic predictam aream et locum aree uobis et uestris et cui uel quibus uolueritis uendo, et de meo iure et potestate in uestrum uestrorumque trado dominium et potestatem sine aliquo retentu quem ibi uel inde non facio, et propter hanc uendicionem confiteor a uobis numerando recepisse et bene esse paccatos atque contentos, excepcioni renunciando non numerate pecunie, .xxx. solidos malgorenses; et si plus ualet predicta uendicio iamdicti precii uel de cetero ualebit, illud plus totum uobis et uestris dono et remito, renunciantes illi legi per quam deceptis ultra dimidiam iusti precii subuenitur, omnibus nostris uocibus et iuribus inde in perpetuum extinctis et in uestrum uestrorumque dominium uel quorum uolueritis translatis; et cum hac publica carta in perpetuum ualitura de predicta area in corporalem possessionem uos mito ad omnes uestras uestrorumque uoluntates in perpetuum faciendas, saluo iure et dominio Milicie Castilionis, promitendo uobis predictam uendicionem semper facere habere, tenere et possidere in pace contra cunctas personas, et etiam uobis et uestris de omni euictione et interesse teneri, obligando uobis me et omnia bona mea ubique, et iuro in Deum et eius sancta quatuor Dei Euangelia, meis propriis manibus corporaliter tacta, atendere et complere et quod contra dictam uendicionem non ueniam iure aliquo.

Actum est hoc .un. kalendas maii anno Domini .MCCLXXX. primo.

Sig+num Guilielmi Ricardi, qui hoc firmo et laudo Sig+num Amalli Sanz, sig+num Raimundí de Forches, huius rei testiU:m.

Sig+num Petri de Cruce, clerici, in cuius manu frater Petrus de Redorta, comendator domus militie Templi Castilionis firmauit hoc, presentibus Bernarda, capellano monasterio(sic) Sancti Danielis et fratre Petro de Lupiano. Quod est actum anno Domini .MCCLXXXVI., .XVII. kalendas nouembris.

Sig(s. man.)num Raimundí Todoni, ebdomedarii et scriptoris publici de Siurana, qui hoc scripsi die et anno quo supra.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 518-519